cipium Nolite sperare
et rapinas nolite concupi
ae si affluant nolite cor ap
Semel locutus est deus hec d
quia potestas dei est et tibi do
misericordia: quia tu reddes un
a opera sua. ps david
Deus deus meus: ad te de lu
vigilo. Sitivit in te anim
mea: quam multipliciter tibi
o mea. In terra deserta et in
aquosa sic in sancto appari
: ut viderem virtutem tuam
gloriam tuam. Quoniam melio
misericordia tua super vitas: la
mea laudabunt te. Sic benedica
te in vita mea: et in nomine
abo manus meas. Sicut a
et pinguedine repleatur an
a: et labiis exultacionis lau
bit os meum. Si memor fui tu
stratum meum in matutinis
abor in te: quia fuisti adiu
meus. Et in velamento ala

132,5 (4947)

II/132

SLUB Wir führen Wissen. · Görlitzer Sammlungen Oberlausitzische Bibliothek · Uniwersytet Wrocławski

1

AUGUSTI GYMNASII GORLICENSIS PALÆSTRA ORATORIO-POETICO-SCENICA,

h. e.

EXERCITIA ORATORIA, POETICA, SCENICA,

publicè,
aut in Perorantium Cathedra, aut in
Theatro Scenico,
A
Florentissima Juventute Scholastica
Gymnasii Gorlicensis,
intra
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
DECENNIUM ULTIMUM,
AUDITORIBUS ac SPECTATORibus
ERUDITIS,
PRÆSTITE
M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.
pleraq; ἀπὸ τοῦ στόματος, h. e. è prompta
memoria, exhibita.

TOMUS IV.

BIBLIOTHECA MILICHIANA GORLICENSIS

BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

CHRIA VERBALIS S.

ad

DAVIDICUM ILLUD,

Ps. XCI. v. 11.

Angelis suis mandavit de Te

CUSTODIAM ANGELORUM

commendans.

Exordium à laude DAVIDIS.

Ecquis, plurimùm colende DNE Parens, Juvenes item ornatissimi, qui Musis operamini, quosque item non piget, nec pudet, esse omninò

— — doctis juvat impallescere chartis;

ecquis, inquam, vestrûm in sacro sacrarum literarum Codice tam hospes est ac peregrinus: ut ignoret, Davidem sanctissimum fuisse Prophetam, potentissimum fuisse Regem, doctissimum fuisse Musicum, exercitatissimum denique fuisse Scriptorem. Indeque nec quenquam in hoc ipsô consessu tam inhumanum fore, aut ab omni civilitate morum alienum esse arbitror: qui laudatissimum hunc Regem non deprædicet, ejusdemque laudes diffundat,

— — quà Solis Eoi
Carceribus laxantur equi, spacioque diurnô
Tendit ad Hesperiam quà mobilis orbita metam.

Potissimùm vero laudibus celebrandus est Rex et Propheta David ob integram vitam. Ecce enim integer ipse vitæ scelerisque purus erat, Deum suum totô corde diligens, Ecclesiam, quibus poterat, modis juvans et ornans, ipseque suum denique cor Spiritui S. consecrans. Et et summa laude extollendus ob res fortiter gestas: In adolescentiâ enim suâ cum leonibus ac ursis, tanquàm cum hœdis et ovibus lusit: cum Goliatho qui, viribus et corporis vastitati confisus,

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli,

regiô permissu singulare iniit certamen: cum Allophylis non semel fœliciter conflixit. Deprædicandus denique Ecclesiæ hic veteris Pindarus est ob sacram eloquentiam: cujus quidem elegantissima specimina in Canticis suis, quorum suavitate melior pars Orbis non minus quàm Ecclesia Christiana capitur exhibet. Et quidni ob eloquentiam insuper laudandus Rex David foret? Is enim, si narrat et effatur, fundit oracula: si consolatur, merum miscet nepenthes: si hortatur, accendit faces: totus adhuc, ubi de industriâ emollit orationem, deliciarum

torrenti immergitur. Liquidô hinc aëre liquidiq liquet: quid de Davidicis Sententiis, quarum largam nobis copiam in Psalmis suis, cedrô dignis, fecit, sit sentiendum. Aurea profectô potiori jure Davidica Dicta sunt putanda, quàm Pythagoræ olim putabantur Carmina. È sexcentis v. aureis, imò aurô contrà cariorib9 Hierapsaltæ Dictis, non imum sibi vendicat locum, quod Psalmo XCI. commate XI. paucis his Ebraicis consignatum de Angelorum Custodiâ legitur verbis: Propositio.

כִּי מַלְאָכָיו יְצַוֶּה־לָּךְ לִשְׁמָרְךָ בְּכָל־דְּרָכֶיךָ׃

h. e.

DOMINUS MANDAVIT ANGELIS SUIS DE TE, UT CUSTODIANT TE IN OMNIBUS VIIS TUIS.

Quoniam igitur Oraculi huj9 Davidici occasione adductus Cathedram perorantium iterùm conscendi, de Angelorum Custodiâ sub verbalis alicuj9 Chriæ schemate in præsenti dicturus, Vos, Sympolæstritas dulcissimos, etiam atq etiam rogatos volo: ut, quam probare mihi, conjectis in me tàm blandis oculis, cœpistis favoriam, hanc porrò præbetis, linguis animisq favere perseveraturi: donec ad metam, quam sibi proposuit, feliciter decurrat Oratio.

Et sanè verbis suis, numerô quidem paucissimis, sed pondere gravissimis subindicare voluit Psalmista: DEUM, sapientissimum illum juxtà ac benignissimum Mundi Architectonem, ordinâsse Angelos suos: ut piis, in vocatione suâ ambulantib9, sive vigilent, sive dormiant, sive peregrinentur, sive rusticentur, sive domi sedeant, certissimô sint præsidiô. Veramenimverò ita omninò est: quod DEUS, Tractatio.

futuræ sortis immensus Arbiter,
Rerum potente fata qui molitur manu,

in aliis quàm plurimis iisq immensis beneficiis non unum, non duos, sed plures tutelares Angelos ad piorum ordinârit custodiam: utpote quâ quammaximè adversus vim et fraudes Satanæ opus haberent.

Cogitate mihi heic, Symmachi, cogitate Diaboli, nequissimi omnis Caussa.

boni ordinis, omnis pacis ac tranquillitatis turbatoris nequitiam: cogitate truculentissimi hujus rixarum ac contentionum autoris ac fautoris truculentiam: cogitate πανουργοτεχνίτου hujus astutiam. Hostis audaciâ est promptissimus; hostis est viribus robustissimus; hostis est technis callidissimus: hostis est machinationibus omnibus instructissimus, pugnandi studiô infatigabilis, inque omnes formas variabilis est hostis. Accedit: quod Leonis rugientis instar circumeat et quaerat, quem devoret. At vero Custodia Angelorum omnes intercipit fraudes, intercipit omnes dolos, omnes technas, omnes machinationes Satanae truculentiam omnem ac crudelitatem illius intercipit. Nae, si absque hâc Angelorum Custodiâ foret, actum de nobis esset: omnis res, omnis spes nostra concideret.

Contrarium.

Atque custodia haec ipsa quum nonnisi piis contingat: ex adversô omnes illi, qui, in viis Satanae ambulantes, Epicuri de grege porcos sectantur,

Qui Curios simulant, et Bacchanalia vivunt,

quique et absque ullâ justâ causâ è merâ temeritate in grande se periculum conjiciunt, Angelorum sibi Custodiam polliceri haud possunt. Vult n. Dominus: si Angelorum Custodiâ perfrui cupiamus, ut in viis ejus, ut et in nostris viis ambulemus. Unde et Diabolus quum laudatum Psalmistae Dictum apud Matthaeum proponeret CHRISTO, eundemque dehortaretur: ut sese de templi pinnis dimitteret: non rectè allegari sententiam Davidicam sciens, CHRISTUS Satanae aliud opponebat Dictum. Dictum opponebat Testamenti veteris: Rursus scriptum est, inquiens: DOMINUM DEUM tuum non tentabis. Tentat a. DEUM suum: quisquis in viis suis non ambulans temerè periculo sese exponit. Perit periculo, vulgatum habet Proverbium, periculum qui amat.

Similia.

Non absimiles mihi videntur Angeli murô aut castris, vallô munitis. Non absimiles praesidiô militari aut satellitio videntur. Certè enim quemadmodum murus urbem, vallum castra cingit, ut ne irrumpat hostis: quemadmodum et praesidium militare à Principe ad civium suorum defensionem ordinatur: quemadmodum satellitium ab utroque latere stipat Principem: Ita nihilominus S. Angeli nos undique cingunt, nos circumdant, nos contra omnes

Diaboli machinationes defendunt, protegunt, custodiunt. Unde
non immeritò Angeli in sacris sacrarum literarum pandectis mun-
dani nomine veniunt: veniunt militiæ cœlestis nomine: nomine
exercituum veniunt.
Exempla, mastulenti Symmachi, vultis? Vultis testimonia? Exem- Exempla.
plorum pleni sacri et profani sunt libri; plenæ omnium ætatum
sunt memoriæ; plena sunt Historiarum monumenta. Præcipuè
in Angelorum Custodia è sacrô patet Codice. Quid? Nonne Jacobus,
in quô tot documenta erant, quot gesta redux in Patriam, obvi-
os sibi Angelos DEI in itinere cernebat, hosque מחנים h.e.
DEI exercitus vocabat? Nonne et ad pravias quidem Domini
ac Magistri sui preces hostium copiis terrefactus, Elisæi famulus
montem circa se curribus igneis repletum conspiciebat? Nonne
et ipse Elisæus Eliam, Magistrum suum optimum, Virum inte-
gerrimum curru igneo igneisque equis in cœlum altissimum
vehi videbat? Nonne et Petrus in carcere Angelum Domini
à latere suo positum cognoscebat? Sed ecce, dùm sacra
hæc memoro Exempla, è mente in linguam mihi Megalander
noster D. Lutherus venit. Is quippe inter præsentissima vitæ
pericula ab Angelo Domini salvus Wormatiam deductus,
et inde salvus reductus rectè putatur. Quid? Quod et ipse,
quum in Pathmo suâ diu conclusus esset, nihilominus custoditus
ab Angelo Domini ibidem credatur: donec Wittebergam salvus,
officio prius sibi demandatô iterum functurus rediret. Haut
siccô, quod dicitur, soccô Grynæi exemplum præterire heic
possum. Is, quum in certissimo vitæ discrimine versaretur,
carceri ab Adversariis suis jamjam mittendus, â viro sibi in-
cognitô, neque amplius usquam visô, procul dubio ab Angelo
Domini, Argentorato evocatus omne periculum evasit.
In testimoniis, quæ huc faciunt, propè familiam ducit, quod Testimonia.
idem piissimus Rex David, David,

Egregius Psaltes, ac Vatum maximus idem,

alibi his perhibet verbis: Angelus Domini castra metat[ur]
circa DEUM timentes, hosq; adjuvat. Accedit solatio pleni[ssimo]
vox Elisai: quæ, quum famulus, hostili conspectô exercitu, tre[pi]
daret, audiebatur. Noli, inquiebat sanctissimus Propheta, ti[]
mere. Plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis. DEUM
ipsum quoq;, certissimum omnium testium testem, custodiam
Angelicam promittentem heic audiamus. Sic e. ille apud Zach[a]
riam Prophetam: Ero ei murus igneus in circuitu. Per murum
igneum procul dubio Angelorum præsidium Optimus DEUS in
telligit: quô ipse nos et omnia nostra clementissimè tue[tur].
Id mellifluus Claravallæ Abbas, Bernhardus, exemplô suô exp[]
DEUM suum per bonitatem optimum, perq; potestatem maxim[um]
sic compellare haut dubitat: Benignus es, Domine; qui non e[s]
contentus nostrorum fragilitate murorum, sed ipsis hominum
custodibus Angelorum supponis custodiam. Adsunt, alibi ille,
tamen DEUM, sed hominem compellans, pergit, adsunt tibi n[on]
modò tecum, sed et pro te adsunt: adsunt, ut protegant: a[d]
ut prosint. Benè loquitur, bellè et pulcrè Claravallensis
Abbas loquitur, tam commodè et ad rem tam apposi[tè]
quitur: ut si quis Angelorum custodiam in dubitation[is]
aleam vocare ausit, credatur

Vervecum in patriâ crassoq; sub äere natus.

Conclusio.

Ego itaq;, quum satis dictum, meæ Orationis vela com[]
atq; portum prospiciens, rudentes littori injicio, remos quie[s]
jubeo: praeprimis, ubi Scaurô dicente, non minus magna vi[r]
sit scire desinere, quàm scire dicere. Quum v. rectissimè d[]
Hieropsaltes, de meliori non tantùm notâ Vobis, Commilito[nes]
suavissimi, Davidicum dictum commendo, sed et seriò vos a[d]
tatis, ad integritatis, ad castitatis studium hortor. Sancti su[nt]
Angeli; ergò Sanctitati vos studete! Casti sunt Angeli: er[gò]
castitati vos studete! Humiles sunt Angeli: ergò humilitat[i]
vos studete. Studete præter pietatem sanctitati: stud[ete]
castitati: studete humilitati: si Angelos velitis habere soci[os]

-mò in quolibet angulo Angelum suum quisq; vestrûm vereatur, neq; præsente eô quicquam faciat, quod in conspectu hominis facere erubesceret. Certè ubi pietas non est, integritas et castitas ubi non est: ibi nec locum Angelorum habet Præsidium.

Dixit
CHRISTIANUS DAVID FUNCCIUS.
ANNO MDCLXXXVI.

Teutsches Reim-Gedichte
über
den von Gott verordneten Engel-Schutz.

Vergönnet heute mir, ihr edlen Musen=Kinder: — Exordium à laude DAVIDIS.
Daß ich hier loben mög des Riesens Überwinder:
Der sich verließ allein auf seine Stärck und Macht.
Den Jessens Sohn nur hat verspottet und verlacht:
Da dieser zu ihm gieng ohn Schild, ohn Schwerdt und Stangen,
Den Frechen nach Verdienst mit Steinen zu empfangen:
Ob hielte gleich auf ihn viel der Philister=Schaar:
Daß Heldenmüthig er sich würde stellen dar.
Vergönnet mir, sag ich, daß ich mög diesen loben:
Den Fama schon vorlängst zum Himmel hat erhoben:
Ich mein den DAVIDS=Mann, der lobens würdig ist:
Dieweil selbst auch seinen Namen ausspricht Jesus Christ.
Wie solt ich dieser Mann nicht billich höchlich preisen,
Aus dessen Schrifften man [illegible] kan weisen:
Hier sind viel Wunder=Werck, die er erhebt und preißt:
Vermahnet Er, so steckt Er auch ein helles Licht.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

...it cor illius ...ollier...

...erunt sup oleum : et ipsi s...

... iacta sup dnm curam tua...

...te enutriet : et non dabit in...

...fluctuacionem iusto Tu ... deus de...

...duces eos : in puteum interitus

... sanguinum et dolosi non dimidi...

...unt dies suos : ego aut sperabo i...

...domine.

...verterit dominus captivitatem plebis sue

...iserere mei ds quoniā conculcavit me homo :

...iserere mei ds quoniā ...

...me homo : ... tota die

...nie impugnans tribulavit me

...onculcaverunt me inimici mei tota

...: quoniam multi bellantes ad...

...sum me Ab altitudine diei tim...

...ego vero in te sperabo In deo la...

...sermones meos in deo sperav...

...non timebo quid faciat michi ca...

...Tota die verba mea execrabantu...

...versum me : omnes cogitaciones eo...

...malum Inhabitabunt et abscon...

idipsum Nolite sperare
et rapinas nolite concupi
e si affluant nolite cor ap-
Semel locutus est deus duo
quia potestas dei est et tibi do
misericordia : quia tu reddis u
ni iuxta opera sua · ps david
Deus deus meus : ad te de l
vigilo Sitivit in te anim
mea : quam multipliciter tibi
o mea In terra deserta et in
aquosa sic in sancto apparui
: ut viderem virtutem tuam
gloriam tuam Quoniam melior
misericordia tua super vitas : la
mea laudabunt te Sic benedica
te in vita mea : et in nomine
levabo manus meas Sicut a
et pinguedine repleatur an
mea : et labiis exultationis lau
bit os meum Si memor fui tu
stratum meum in matutinis
ditabor in te : quia fuisti adiu
meus Et in velamento ala

...it cor illius Mollit...
...ems sup oleum : et ipsi s...
...acta sup dnm curam tua...
...e enutriet : et non dabit in...
...tuationem iusto Tu vero d...
...ces eos : in puteum interitus
...i sanguinum et dolosi non dimid...
...unt dies suos : ego autem sperabo i...

...domine.

...ertit dominus captivitatem plebis sue

Miserere mei deus
quoniam conculcavit
me homo :

...nomas Evovae

...me impugnans tribulavit me
...culcaverunt me inimici mei tota
...quoniam multi bellantes ad...
...me Ab altitudine diei time...
ego vero in te sperabo In deo lau...
...sermones meos in deo speravi
...timebo quid faciat mihi caro
...tota die verba mea execrabantur
...versum me : omnis cogitationes eorum
...lum In habitabunt et abscon...

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

AUGUSTI GYMNASII GORLICENSIS

PALÆSTRA

ORATORIO-POETICO-SCENICA,

h. e.

EXERCITIA

ORATORIA, POETICA, SCENICA,

publice,

aut in Perorantium Cathedra, aut in Theatro Scenico,

A

Florentissima Iuventute Scholastica Gymnasii Gorlicensis,

intra

Doctrinæ instauratæ ac publicatæ

DECENNIUM ULTIMUM,

AUDITORIBUS ac SPECTATORibus ERUDITIS,

PRÆSTITA

È

M. CHRISTIANO FUNCCIO,

RECTORE GORLIC.

pleraq; ἀπὸ τοῦ στόματος, h. e. è prompta memoria, exhibita.

TOMUS IV.

Exercitiorum Oratorio-Poeticorum Elenchus

I.

Actus Declamatorius geminus Anatolastico [illegible] [illegible]

II.

Parentalia Peremniali Capitaneo CHRISTOPHORO Vi CEDVALLIKO ab [illegible] sacra.

III

Hilaria Nonis Novem[bris] Novelli Capitanei Provincialis Joannis Christi [illegible]

I. Oratio Natalitia de mira [illegible] Nativitate Christi [illegible] [illegible]

II. Oratio e Nativitate Christi [illegible] [illegible] [illegible]

III Oratio ad Militem Coele [illegible] Encomii [illegible] [illegible]

IV De Natalitia [illegible] Dei [illegible] Nis Dei [illegible]

V Oratio oblatoria, [illegible] [illegible] puer nobis, Filius no[bis] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] affectus.

VI Oratio Natalitia S. de Incarnati Verbi Mysterio per [illegible] Inscriptionis scripta.

VII [illegible] Verbalis de Eodem Mysterio [illegible] Teuton scripta [illegible] Aphorismi Verbum Caro factum est.

VIII [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

IX [illegible] [illegible] [illegible]

X [illegible] [illegible] Jesu Christi.

XI. Perpetuum Rei peractae
Monumentum, Posteritati,
ſi qvæ futura, ſera, juſsu
& auctoritate Ampliſsi-
mi Ordinis, poſitum

Violas inspergite:
ut B. Viri devoti ens Decorem!
l et Clarium. Vos Lusati, Marmor ferte!
Ferte Marmor:
tanti Herois Tumulo quod imponatur.
Argenteum ferte Stylum:
Cum ipse Titulum hunc inscribite:
SUAVITATA. FORMA. DECUS. PRUDENTIA.
GRATIA. VIRTUS.
CAUSA. SUB. HOC. TENUI. MAR-
MORE. CUNCTA. JA-
CENT.
Vivet!

Nob. Viri Breslauer
Behdorff. Lus.!

115

Sündig in aller Welt; so wird er alles leicht überwinden, und
Recht eine Ehre vermittelst des wahren Glaubens in den Him-
[illegible]ingen.
Zeichen setze zum Beschluß annogedachten Reimen auf die
[illegible] der Werl. Jungfer Heldin.

Hier liegt ein Helden-Bild mit dürrer Erd umbgeben:
Die fromm, demüthig, keusch in ihrem gantzen Leben
Sich stets erwiesen hatt: geh, Leser, du vorbey:
Und glaube: daß die recht Held-reich gewesen sey.

710

…dlichen und billichen Urthail zu belegen.
…ir sind erbötig solchane hohe Gunst und Freund-
…st standesgebühr nach bey begebener Gelegen-
… mit Abstattung schuldigster Observantz und ge-
…treuester Ehrerbietung zu erwiedern und zu
…schulden. Da wir im übrigen solange wir
…war in dieser Sterbligkeit seyn, verblei-
…ben

Dero

Gehorsamste

Diener,

Joh. Christoph Dostheiter,
Schoenitzio-Lusag.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski